

IACOBI  
DVRANTII  
CASELLII I.C.TI  
ARVERNI VARIA-  
RVM LIBRI DVO.

IN QVIBVS PRAETER VE-  
terum ritus, varij Auctores, vel emen-  
dantur, vel illustrantur.



L V T E T I Æ.

Apud Thomam Perier, in vico  
Bellouaco.

CIC. ID LXXXII.

CVM PRIVILEGIO.



NOBILISS. ET ILLVST.

V. IAC. GVESLEO SVM-

mo apud Gallos Procuratori

Fisci Iac. Durantius

Cafellius. S.

**V**T in forum veni, ut  
me varia patrocinia  
& susceptiones li-  
tium exercitum ha-  
buerunt, (v. ILL.)

Nescio quo Genio, qua voluntatis & in-  
genij mutatione, ea quorum antea studio-  
fissimus & audissimus eram, in quibus  
veram & solidam laudem sitam arbi-  
trabar, mihi senio ac fastidio esse cœpe-  
runt. Idem mihi sane usuuenit, quod illis  
qui ad secunda vota transiere, quibus  
suscepti ex priore matrimonio liberi, altis

A ij



IACOBI DURANTII  
CASELLII VARIARVM,  
LIBER PRIMVS.

*Vnde mostuitionum fluxerit, eius formula ex  
Appiano, Gunthero & Cassiodoro: addita  
quædam Saluiani verba, ad hanc rem perti-  
nentia. Qui essent sacri, qui hostes publici.*

CAPUT PRIMVM.



VOD mihi faustum fœ-  
lix fortunatūmque siet,  
initium faciam à tuitio-  
nibus. Quid enim non  
liceret potētioribus, in  
quos non grassetur au-  
dacia, & inexplicabilis diuitum cupiditas,  
nisi eoru crudelissimæ libidini, legitimis  
remediis obuiam iretur? Æquum sanè  
fuit tenues inopesque homunciones in  
sinum tutelāmque virorum principum

B

deleg. & Bartholus ceterique iuris interpretes qui eos reos maiestatis esse volunt qui legatis iniuriam aut vim inferunt, cum non maiestas ledatur, sed ius gentium violentur, & teneantur non I. Iulia maiest. sed de vi publica l. lege Iulia. ff. ad l. Iuliam. Athoc loco non pretermittam laudabile *Insignis* veterum institutum, qui eorum qui Rei- *mos vete-*  
*pub.* vel principis causa absentes erant, *rum in-*  
*domum familiamque virorum illustrium* *tuenda eo-*  
*fidei tutelęque soliti erant committere,* *rum fami-*  
*ut Festo priori apud Cassiodorum lib. io.* *lia qui* *Agnelli patritii domus, familiaque com-* *absentes*  
*mendatur.* *Perniae enim (inquit) sunt faculta-* *essent.*  
*tes absentium & quodammodo videtur occa-*  
*sio homines in delictum trahere, quae non potest*  
*animum perusadentis de resultatione terrere:*  
 Ego quoque sine huius capitulis iniuria pretermittere non possum haec verba, quibus eloquentissimus & sanctissimus Christianae religionis auctor Saluianus, infectatur hunc prauum & pestilentissimum morem, quose decrecente imperij Romani maiestate, & grassantibus undique barbaris nationibus, inopes & tenues in clientellam & praesidium potentium dabant eorum patrocinia, & tutclam e-

cis Echinos, ostreas crudas quantum vel-  
lent propositas: id Portunianus addita  
propositione Græca *paracœnium* vocat.  
Promulſidem quoque dici ex memoriis  
antiquorum didici, quod in conuiuiis a-  
pud antiquos prima fitis mulſo mitiga-  
retur. Hæ sunt exuuiæ ac reliquiae ele-  
gantissimi auctoris, quas ego antiqua-  
rum rerum studiosos cœlare non potui.  
Dent alij operam ut ille ex bibliothecarum  
pedore ac squallore in lucem profe-  
ratur. Deo ita videatur.

*Emendatus varijs in locis Annei Seneca  
liber de Consolatione ad Martiam.*

C A P. VII.



Rimo meorum commen-  
tariorum libro ex eodem  
Seneca menda quædam  
euulsi & nonnulla vulne-  
nera pendente ( quod  
aiunt ) manu sanavi atque obduxii. Lu-  
bet quoque hac mearum lucubratio-  
niu[m] parte veterum codicū ope auxilio-  
q[ue]; quædam loca tētare quæ in vulgaribus